

quibus numeris totidem aequae aeonas uel saecula ac mundos eē confirmant.
& alia quoque nonnulla secundum suas uel rationes uel persuasiones numeri huius referunt sacramentum; Verum secundum hebreos manifestū est quia in sex diebus dñs materiam mundi substituit & formauit ac per species singulas quasq; discreuit & hunc quem nos uidemus explicuit mundū; Septimo uero die requieuisse dicitur a operibus suis. sicut indicat & ipsa sabbati appellatio. quae requiem hebreo sermone significat; Si uero & aliam aliquā altiorem & excelsiorem haec continent rationem. alius de talibus philosophandum relinquo; Hic uero honor septimanae apud illos non in diebus; solum obseruatur. sed & iam in annis; Nam q̄ ex diebus obseruatur, is tu est sabbatum quod frequenter & indesinenter apud eos custoditur; Annorum uero septimana annum facit remissionis. & non solum septimanae. uerum & iam septimanae septimanarum obseruantur. non solum in diebus sed & iam in annis. & dierum quidem septimanę generant quinquagensimum diemque apud illos uocata sā dies dicitur; Annorum uero septimanae quinquagensimum annum faciunt. qui apud illos iubileus nominatur. in quo similiter terrae fit remissio. & seruorum libertas. & possessionum restitutio. quae praedia fuerant comparatae; Offeruntur enim apud illos non solum fructuum uel nascentium. sed & dierum annorumq; primitiae; Hic ergo septenarius numerus ea obseruatione quae supra diximus. diem pentecosten id est sollemnitatem introducit quinquagensimae; septies enim septies multiplicata. quinquaginta ex se generant numerum. ad sumpta una die. quam ex futuri saeculi numero praesumptam esse. maiorum auctoritas tradit; Fit enim ipsa octauus semper & primus. immo ipsa est semper unusquisque est omnibus dies necesse est enim sabbatismum animarū populi illuc occurrere. atque ibi compleri ubi datur partibus quiescentem. & partibus quiescentem octo. sicut iam & antenos quidam differens. salomonis dicta sapienter exposuit; De honore ergo septenarii numeri multa quidem

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
HEIDELBERG
Bodleian Libraries
UNIVERSITY OF OXFORD
HESSEN
Staatliche Schlösser
und Gärten Hessen
UNESCO
Organisation der
Vereinten Nationen für
Bildung, Wissenschaft,
Kultur und Kommunikation
Kloster Lorsch
Welterbestätte
seit 1991
© Bodleian Libraries
http://bibliotheca-laureshamensis-digital.de/view/bodleian_mslaudmisc276/0080